



Specimen medicum inaugurale de paraphrenitide

<https://hdl.handle.net/1874/295255>

17

SPECIMEN MEDICUM
INAUGURALE
D E
PARAPHRENITIDE.

Q U O D

ANNUENTE SUMMO NUMINE.

Ex Auctoritate MAGNIFICI RECTORIS

ALEXANDRI PETRINA HUYS,

A. L. M. Phil. & Med. Doct. Medicinæ, Botanices,
Chemiæ & Physiologiæ Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI *consensu, et*
Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ *decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in MEDICINA Honoribus, ac Privi-
legiis rite ac legitime consequendis,

Eruditorum Examini Submittit

PAULUS BOSCH BOIS,

AMSTELDAMO BATAVUS.

Ad diem II. *Novembris* MDCCLXXX. H. L. Q. S.

TRAIECTI AD RHENUM,
Ex officina ABRAHAMI VAN PADDENBURG,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI, MDCCLXXX.

INSTITUTIO
SPECIMEN MEDICUM
INAUGURALE
A
D. Rectori in eadem

9 0 0 0
ANNUNTIUM SUMMO NUMINE
EX Auctoritate Magnifici Rectoris
ALEXANDRI PETRIANUS

A. I. M. Phil. & Med. Doct. Medicus, Botanica,
Chemia & Physiologia Professor Ordinarius

Magnifici Senatui Academiæ concessit, et
Nobilissimi Facultatis Medicæ decreto

PRO GRADU DOCTORATUS
summius in MEDICINA Honoribus, ac Privi-
legiis hinc ac legitime consequendis

Excellens Examinis digne

PATULUS BOSCH BOIS

AMSTERDAMI EDITUM

Ad diem 11. Novemb. 1777. M. D. C. C. LXXVII.

TRAJECTUM AD RHEMUM
EX OFFICINA ABRAHAM VAN RADEBURG
ACADEMIAE TYPOGRAPHI, MDCCLXXVII.

D E O,
P A T R I Æ,
P A R E N T I B U S,
C O N S A N G U I N E I S,
A T Q U E
A M I C I S
S A C R U M.

D E O

P A T R I A

P A R E N T I B U S

C O N S A N C I U N I S

A T Q U E

A M I C I S

S A C R U M



SPECIMEN MEDICUM
INAUGURALE
DE
PARAPHENITIDE.



§. I.



uandoquidem moris est, ut, qui sum-
mos in arte quadam vel scientiâ hono-
res ambit, specimen aliquod profe-
ctuum suorum Eruditorum examini sub-
mittat, laudabili huic consuetudini ob-
temperandum esse duco, eoque sine breviter de

A

Para-

Paraphrenitide agere constitui, id unum L. B. rogans, ut si quæ minus recte ac minus accurate scripta offendant, juvenili ingenio ignoscat.

§. II.

Græcæ originis est vocabulum *παγαφρενίτις*, compositum ex præp. *παρά* et *φρενίτις*. Præcordia, septum transversum, aut Diaphragma Græce *φρένες* dicuntur, ita Diaphragmatis inflammatio *φρενίτις* debuisset appellari, terminum enim *ίτις* vocibus apponere solebant Medici, ut partium inflammationem exprimerent; verum nomen hoc alii jam datum erat morbo, inflammationi scilicet Cerebri, quod animæ sedes esse ponitur, et abhinc nomen *φρήν* accepit; hanc ob causam Diaphragmatis inflammatio vocatur *παγαφρενίτις*, quasi diceres, leve delirium, quod in hoc morbo frequentius adest, adjecta præpositione *παρά*, quæ nonnunquam significationem vocis minuit, quemadmodum hoc patet in voce *παγαπληξία*, quæ leviozem apoplexiam significat.

Paraphrenitis igitur est inflammatio septi, quod viscera thoracis a visceribus abdominalibus disjungit, frequentius cum delirio juncta.

§. III.

Morbus est ex frequentissimis, licet rarius ab aliis partium vicinarum inflammationibus distinguatur: veteribus tamen Medicis innotuisse probabile est, imprimis Ruffo Ephesio.

§. IIII.

Quod causas hujus morbi attinet, in genere sunt omnes illæ, quæ alias in aliis partibus inflammationes producere possunt, imprimis autem illas inter accusandi sunt aër, cibi potusque acres, calidi, vel et actu frigidi.

§. V.

Aër suis peccans qualitatibus potest diaphragmati nocere, licet enim proxime diaphragma non attingat, nihilominus dum nullum datur spatium pulmones inter et diaphragma, et aër infimam pulmonis partem ingressus, solâ membranâ, pulmones ambiente, a dia-

SPECIMEN MEDICUM

phragmate disjunctus est, patet, cur aër nocivis qualitatibus instructus diaphragmati noxius esse possit, licet illud proxime haud attingat.

§. V I.

Cibi potusque acres, calidi, aut et actu frigidi, ob eandem fere rationem possunt etiam diaphragmati nocere, per oesophagum enim in ventriculum protrusi vel vi deglutitionis per oesophagum diaphragma perforantem, vel in venticulo diaphragmati proxime accumbente, jamjam morantes, ob hanc loci viciniam inflammationem producere possunt.

§. V I I.

Præterea si adtendamus 1^o. ad continuum hujus septi motum, quod ob continuam respirationem quiescere nequit, 2^o. ad celerrimum, qui ob cordis viciniam in illo fit, humorum circulum, 3^o. ad communicationem cum ceteris visceribus, et ad partis hujus situm, quæ proxime accumbit pulmonibus, oesophago, venticulo hepatis, lieni, mirum non est, quod possit inflammari

vel

vel aëre, vel cibis potibusque, vel denique quacunque inflammatione vicina hæc viscera occupante, et cum diaphragmate communicante.

§ VIII.

Neque mirum est, quod hoc malum ob viciniam cum dictis visceribus pro alio habeatur, interdum enim salutatur pro Peripneumonia, interdum pro Hepatitide, interdum pro Ventriculi inflammatione; uti varia testantur exempla, sic enim Valsalva Peripneumoniam cum Hydrope Thoracis junctam habuit pro Hepatitide (a), alii iterum Hepatitidem pro Pleuritide salutaverunt (b), ex quibus patet, quam facile inflammatio aliqujus partis vel visceris pro alio longe diverso habeatur morbo.

(a) Vid. MORGAGN. Epist. XX. No. 30 & 31.

(b) Vid. SANDIF. Bibl. p. 483.

§. VIII.

Nec tamen difficile est hoc jam memoratos morbos a se invicem distinguere, licet fere periculi in curâ non insit, si hic morbus cum aliis confundatur, nam quamcumque partem occupaverit inflammatio, sive Diaphragma, sive Pulmonem, sive Ventriculum obfesserit, eâdem fere ratione est tractanda, sed si accuratius ad Phœnomena hunc morbum comitantia adtendamus, haud magni operis est, illum ab alio distinguere.

§. X.

Phœnomena enim Paraphrenitidem seu Diaphragmatis inflammationem concomitantia primaria hæc sunt.

Febris continua, valde acuta. Quæ vero intensitas longe differt pro vario loco, quem in Diaphragmate occupat inflammatio, longe enim acutior est, si pars ejus membranacea, tendinea inflammata est, quam ejus pars carnea.

Dolor

Dolor ad præcordia, latera, dorsum lancinans, pulsatorius, acutissimus. Hæc omnia patent, nam dictis locis proxime accumbit Diaphragma, atque dolor hic augetur in inspiratione, tussi, sternutatione, deglutatione, ventriculi repletione, nausea, vomitu, singultu, alvi, & vesicæ exoneratione, et hæc omnia intellectu satis sunt facilia, in omnibus enim his actionibus Diaphragma movetur, idque cum aliis partibus inflammatis habet commune, quod motum magis doleat, quam quiescens.

Respiratio dolorifica, parva, frequens. Nam in respiratione semper movetur Diaphragma, quod dolorem auget, ideo ægri conantur compescere dolorem parvæ respirationis ope, quæ iterum fieri nequit, nisi sit justo frequentior.

Solo autem fere thorace in hoc morbo absolvitur respiratio. Quo tempore scilicet thorace solo peragitur respiratio, Diaphragma quiescit, unde minus dolet, ideo sic respirare nituntur ægri, ut quiescente Diaphragmate respiratio solo thorace peragatur (a).

Vox sæpius est acuta. Neque hujus Phœnomeni ratio obscura.

(a) Vid. HALLER. Op. Patholog. p. 241.

obscura est, læsa enim respiratione vox a statu naturali facile deflectit, et acuta fit, quia a consensu Diaphragmatis cum asperâ arteriâ spasmus huic inducitur, unde arctatâ glottidis rimâ, vox acuta redditur.

Hypochondria sursum tracta. Hoc Phœnomenon pro signo pathognomicon a Galeno habetur, hujusque Phœnomeni ratio videtur in eo esse quærenda, quod ægri omni molimine caveant, ne Diaphragma descendat ob summum dolorem et difficillimam respirationem, sicque sursum tractis hypochondriis sursum trahuntur Hepar, Lien, hinc Diaphragma retractum quasi sustinent, et immobile reddunt.

Delirium, quanquam semper non adfit, frequens nihilominus, et sæpe continuum. Ad hoc rite attendendum est, adest quidem frequenter in Diaphragmatis inflammatione delirium, et quia ejus causa semper adest, hinc continuum adest, interdum tamen mitius est, neque semper adest, dantur enim observationes Diaphragmatis inflammati absque delirio; unde hoc? forte tum solummodo adest delirium, si pars Diaphragmatis tendinea, non vero carnea inflammata est, uti videmus in aliis partibus inflammatis, quod affectis tendinibus longe frequentius, graviusque delirium sit, quam si carnea musculorum pars læsa fuerit.

Sæpe

Sæpe adsunt singultus et convulsiones. Neque hoc mirum, perquam facile enim materia stagnans continuo motu fit acrior, et sic irritat, imo et interdum perforat Diaphragma, unde modo dicta mala, hujus rei legitur exemplum apud Bondtium, in puellæ cujusdam, vehementissimas convulsiones passæ, iisque extinctæ, cadavere Diaphragma variis ulceribus obsessum ac perforatum fuit deprehensum.

Potissimum risus Sardonius. Hic risus mera est convulsio illorum faciei musculorum, qui agunt, quando homo ridet, jam in Diaphragmatis inflammatione æger ridere videtur, licet reapse non rideat, hic vero risus vocatur convulsivus, quia meræ convulsions species est, aliis quoque dicitur Sardonius, quia post herbæ cujusdam usum, olim Sardoæ dictæ; ac Linn. S. N. Tom. III. Gen. 699. Spec. 15. Ranunculi Scelerati nomine insignitæ, invadit. Vulnerato autem Diaphragmate, vel acerrimis venenis adsumtis talem risum produci jam HIPPOCRATI (a) et PLINIO (b) innotuit; unde autem hic risus oriatur, non adeo certum, probabilius

(a) Vid. HIPPOCR. Epidem. Tom. V. pag. 100. Charter Tom. VIII. pag. 351.

(b) Vid. PLIN. Lib. XI. Cap. XXXVII.

bilis est hoc fieri per consensum Nervi Diaphragmatici cum illis faciei, nervus enim Diaphragmaticus oritur a cervicalibus, cervicales autem communicationem quoque habent cum septimi paris portione durâ, et quinti paris ramo, cum quo per faciem distribuitur, hinc verisimiliter singularis ille consensus inter Diaphragma et faciei musculos (c), in infantibus dormientibus quandoque etiam observatur facies quasi subridens, imprimis tempore dentitionis, indeque curis plenæ matres instantes convulsiones præsciunt, quæ sæpe quoque subsequuntur, unde patet illud symptoma jure suspectum haberi (d).

§. XI.

Non omnis autem Paraphrenitis æque vehementibus, neque semper omnibus illis, quæ enumeravimus, stipata est symptomatibus, sæpe enim absunt delirium, singultus, tussis, convulsio, risus Sardonicus, licet Diaphrag-

(c) Vid. BARTHOL. Anat. Reform. Lib. II. Cap. 3. pag. 346. et MONR. Hist. Nerv. pag. mihi 159. in Belgica Editione anni 1773.

(d) Vid. III. VAN SWIETEN Comm. Tom. III. pag. 75.

phragma revera fuerit inflammatum seu vulneratum (a). Cujus rei ratio ex §. præcedenti peti potest, nempe, eundem locum non semper occupare inflammationem, Diaphragma enim constat ex parte carneâ, ex membranis illam ambientibus, et tandem ex parte tendineâ, jam pro vario, quem inflammatio obsidet, loco, varia et diversa procul omni dubio apparebunt symptomata, et longe graviora sunt expectanda, si tendinea pars fuerit inflammata, quam si sola pars laboret carnea, hinc risus sardonius et alia symptomata sæpius ac facilius invadunt, si partem tendineam occupaverit inflammatio, quam si partem carneam obsesserit.

§. X I I.

Nonnullis celebribus in Arte viris visum fuit, Paraphrenitidem non semper oriri a Diaphragmatis inflammatione, atque pro suâ sententiâ attulerunt, quod in cadaveribus Paraphrenitide extinctorum nulla sæpe labes in Diaphragmate fuerit observata, sed quidem in Hepate, verum ex hoc id solum concludere pos-

(a) Vid. SANDIF. Biblioth. Tom. X. pag. 182.

possumus, delirium quoque inflammationem Hepatis concomitari, æque ac illam Diaphragmatis, nam sine dubio nullum datur viscus, quin inflammatum interdum delirium excitare valeat, imo vero in Paronychiâ, extremum digiti phalangem occupante, atque vehementissime dolente, pessime delirasse ægros vidit Ill. SWIETENIUS (a). Afferunt porro, in cadaveribus observatam fuisse Diaphragmatis inflammationem absque ullo delirio, unde concluderunt, Paraphrenitidem aliunde quam a Diaphragmatis inflammatione esse derivandam, vel derivari posse; mirum hoc non esse, interdum Paraphrenitidem abesse, attamen Diaphragma inflammatum esse, ex modo dictis patet.

§. XIII

Si omnia jam memorata rite perpendamus, patet, hunc morbum acutissimos inter esse referendum, nimirum si oculos conjiciamus ad mali naturam, quia omnium viscerum inflammatio periculi haudquaquam expers

(a) Vid. Ejus Comm. Tom. III. pag. 74.

pers est; ad facillimam ad proxima viscera diffusionem, ut ad Pulmonem, Hepar, Lienem, Ventriculum etc.; ad partis adfectæ indolem, quæ nempe respirationi adeoque vitæ maxime est necessaria; ad necessarium, quique continuo procedit, illius motum; ad singulare cum vitalibus visceribus imprimis cerebro et corde commercium, quia, uti patet, nervorum interventu maxima communicatio datur inter cerebrum et Diaphragma, et quia, inflammato hoc septo, facile pericardium afficitur, et sic inflammatio cum corde communicat; denique ad Symptomata §. X. memorata, uti convulsiones, singultus, delirium, quæ quo graviora sunt, eo pejorem ominantur eventum, facile sequetur, morbum hunc inter periculosissimos esse habendum.

§. XIII.

Hoc malum, ut omnes aliæ inflammationes, terminatur vel resolutione, vel suppuratione, vel gangrænâ, vel et scirrho; hujus postremi exempla adsunt, nempe in cadaveribus hominum, antea Diaphragmatis inflammationem passorum, illamque eluctatorum, qui adhuc superstites omni reliquo vitæ decursu sensum ponderis

gravitatisque semper experti fuerunt, Diaphragma induratum et quasi scirrhosum fuit observatum. Sola autem resolutio maximopere est speranda, eaque interdum simplex est, hoc est, si materies stagnans et obstructionem faciens vi naturæ vel artis mobilis reddatur, sic ut rursus per vasa meare possit; non semper autem hoc impetramus, sed aliquando resolutio fit materiæ coctæ excretionis ope, et hoc tum fit vel calido sudore e toto corpore expresso (a), vel sanguinis e naribus fluxu imprimis largiori, vel alvi dejectione, vel copiosâ urinæ excretionem (b), interdum quoque, secundum nonnullorum sententiam, expectoratione, sed hoc fieri posse vix videtur, nisi pulmo simul cum Diaphragmate sit inflammatus, quia nunc pulmonis inflammatio expectoratione plerumque solvitur, hinc inflammationem per expectorationem solvi posse, patet, sed si inflammatio Diaphragma solum occupaverit, nunquam expectoratio fieri potest, simili modo, ac Pleuritis sine Peripneumoniâ expectoratione numquam solvitur.

(a) Vid. P. ALPINUS de Med. Meth. Cap. VIII. & XIII.

(b) Vid. Clar. J. OOSTERDYK SCHACHT Inst. Med. Pract. Lib. VI. Cap. XI. §. XI.

§. X V.

Curatio hujus morbi inchoanda est a promovendis, si sese prodant, naturæ conaminibus, numquam enim in suo opere Natura Medico est turbanda, sed si non apparent, omne præsidium in arte erit, quantocyus itaque instituenda est V. S. et quidem largissima, plerumque repetenda, imo ad animi deliquium usque, præsertim instituitur in brachio, nisi evacuationes per inferiora, v. g. mensium suppressio, malum hoc produxerint, tunc enim in pede instituere præstat, ut illæ revertentur evacuationes.

Conveniunt etiam cucurbitæ dorso admovendæ sive ventosæ sive scarificatæ, ut ita revulsio a Diaphragmate fiat.

Clysmata etiam frequenter sunt injicienda, et talia quidem, quæ diluunt, fovent, ac resolvunt, licet autem illa enemata proxime non perveniant ad Diaphragma, excipiuntur tamen intestino Colo, quod proxime Diaphragmati accumbit, unde illorum actionem cum Diaphragmate communicari posse

posse satis patet, imo ipse BOERHAAVIUS ad viscerum paralyfin enemata injici jubet (a).

Præscribuntur quoque unguenta emollientia, inter hæc optimum est oleum de floribus cyclaminis, quod a nonnullis pro specifico habetur.

Laudantur etiam nonnullis fomenta, cataplasmata, licet SWIETENIUS censeat minus prodesse, quia tam prope ad locum affectum applicari nequeunt (b); suam tamen utilitatem habere videntur.

Inprimis autem præscribenda sunt diluentia, resolventia, antiphlogistica, nitrosa interne exhibenda, præscribenda quoque diæta tenuissima, atque in genere omnia illa, quæ in Pleuritide et Peripneumoniâ laudantur, hic quoque conveniunt.

§. XVI.

Si jam dictis remediis non auscultat malum, abibit in suppurationem, quæ præfigitur (a) ex vehementiâ, et assiduitate symptomatum (b), ex absentia vel resolutionis

(a) Vid. H. BOERHAAVE Prax. Med. Tom. III. pag. 207.

(b) Vid. III. VAN SWIETEN Tom. III. pag. 76.

tionis simplicis, vel criticæ evacuationis (§. XIII) (c) ex horripilatione, hoc enim semper observatur, quod, si inflammatio abeat in suppurationem, vagæ horripilationes ægrotantem invadant, (d) ex dolore etiam pulsatorio, haud tamen tam acuto, quam antea; ab hac autem suppuratione dum abscessus fieri debet, aliquæ quidem, si parvus sit, spes affulget, fore ut absorberi pus possit, si vero non absorbeatur pus, abscessus de die in diem pure contento distenditur, donec tandem rumpatur, atque tum pus stillabit vel in thoracis, vel in abdominis cavum, vel in utrumque.

§. X V I I.

Si prius contigerit, id est, si vomica in convexâ Diaphragmatis parte hæserit, et rumpatur, tum pus rupto abscessu in cavum pectoris stillabit, et nascetur Empyema; si vero cavum abdominis respexerit, et rumpatur, tum contentum pus exonerat in cavum abdominale, et orietur Ascites purulentus; si tandem utramque Diaphragmatis partem occupaverit, et in cavum thoracis et in cavum abdominis stillabit pus, atque per hoc vulnus ipsa viscera abdominalia quandoque in ca-

C

vum

vum thoracis ingressâ et elapsâ fuisse miræ testantur observationes.

§ XVIII.

Licet ultimus autem hic casus lethalis habeatur, prostat tamen observatio hominis, cui pus et in cavum pectoris et in cavum thoracis erat delapsum, sanati apud Scheuchserum (a), narrat enim, Chirurgum quemdam, amicum suum adiisse hominem Empyematicum, cui institutâ thoracis paracenthesi satis magna puris copia detrahebatur, sed peractâ hac operatione, denuo expertus est, in cavo abdominis quoque pus contineri, censuit ergo, et in hac regione esse instituendam paracenthesin, felici successu, extractâ enim haud parvâ puris copiâ, atque utroque vulnere mundato consolidatoque æger brevi post pristinam sanitatem nactus est, unde ex hoc casu haud immerito conclusit, utramque Diaphragmatis partem obsessam fuisse tali vomica, quæ rupta pus contentum exoneravit et in cavum pectoris et in illud abdominis, atque ambas has vomicas inter se invicem communicasse; ita quamvis hic casus profecto sit periculosissimus, non tamen video, quare de ægro despera-

(a) Vid. SCHEUCHS. Itin. Alp. VII. pag. 495, 496

speraremus, licet BOERHAAVIUS (a) et ejus commentator Ill. SWIETENIUS (b), malum hoc insuperabile declamaverint, si enim instituat^r Paracenthesis, ac pus bonæ sit notæ, quid obstaret? quominus æger servaretur, ac præstat hoc in casu anceps remedium experiri quam nullum, ea propter factâ Paracenthesi tum ad thoracem, tum ad abdomen, puris evacuationem tentare oportet, atque eodem extracto, ulcus debet mundari; id tamen extra omne dubium est, quod, si viscera abdominalia simul per exesum Diaphragmatis foramen in cavum pectoris fuerint ingressa, res ægri plane sit desperata, et brevi actum de eodem iri, certissima res est.

Ita paucis descriptâ Paraphrenitidis historiâ specimini huic finem impono, et

*Pars superat coepti, pars est exhausta laboris,
Hic teneat nostras anchora jacta rates.*

(a) Vid. H. BOERH. Prax. Med. Tom. III. pag. 208.
(b) Vid. Ill. VAN SWIETEN Tom. III. p. 77.

QUÆSTIONES.

I.

Diaphragmatis inflammatio non semper sibi conjunctum habet delirium.

II.

Neque ea semper pro plane insuperabili est conclamanda.

III.

Vera Paraphrenitidis causa est inflammatio Diaphragmatis.

IIII.

Utrum arteriæ minimæ sese contrahant, annon? certe definiri non potest.

V.

Membrana Tympani naturaliter non est perforata.

VI.

Primarium gustus organum lingua est.

VII.

Incertum est, utrum nervus quinti paris vel noni gustui

gustui præcipue inserviat, verosimilius tamen est, utrumque huic scopo inservire.

V I I I I.

Calor corporis non dependet a calido innato juxta Veteres, neque ab effervescentiâ acidi cum alcali juxta Sylvium, neque a solo motu sanguinis progressivi juxta Boerhaavium.

I X.

Verum alia insuper causa, vel et plures esse debent, hæctenus nondum bene cognitæ, quæ corporis calorem producere vel et augere possunt.

X.

Licet quoque calor sanguinis illo aëris plerumque major sit, possumus tamen vivere in aëre sanguine calidiore.

X I.

Causa coloris rubri globulorum sanguinis non videtur esse figura spherica, neque eorum densitas, neque pulmonum actio, neque humores alcalini antacidi in sanguine præsentés, neque ferrum.

XII.

Verum causa illa haecenus latere videtur.

XIII.

Febris non consistit in aucto calore, neque in aucta circulatione.

XIII.

Verum in pulsu intra datum temporis spatium frequentiori, cum quarundam functionum laesione.

XV.

Praestat anceps remedium, quam nullum applicare.

E R R A T A

Pag. 1 in titulo PARAPHENITIDE lege PARAPHRENITIDE
 pag. 2 reg. 17 παραπληξία lege παραπληξία
 ibid apoplexiam lege Apoplexiam
 pag. 3 reg. 3 innotuisse lege innotuisse
 pag. 4 reg. 8 venticulo lege ventriculo
 pag. 5 reg. 6 Penipneumoniâ lege Peripneumoniâ
 Si inopinate quaedam porro obvia sint, L. B. corrigat, quæso.

AAN

AAN MYNEN WAARDEN ZOON
OP ZYNE BEVORDERING TOT
LEERAAR DER GENEESKUNDE.



'k **Z**ie thans, myn waarde Zoon! het heuglyk uur gebooren;
Myn wensch is nu volbragt,
Dewyl ge in Pallas zaal tot *Helper* zyt verkooren.
Voor 't menschelyk geslacht,
Voor die door pyn en smert of ziekten zuchtend klaagen;
Zyt hun een Toeverlaat,
Rek, kan het mooglyk zyn, hun brooze levensdagen,
Neem de Artzeny te baat;
De Hoogste Majesteit schenke U steeds zynen zegen
In 't oefnen uwer kunst,
In al, wat Gy begint, storte als een vette regen
Op U zyn milde gunst;
Leev' dus gezegend voord in dit kortstondig leven,
Voleind also uw loop,
God wille u ook hierna eene eeuwige eerkroon geeven,
Dit is myn wensch en hoop.

Paterni Amoris Ergo.

TER

TER INHULDIGING

van mynen Vriend

DEN WEL EDELEN HEERE

PAULUS BOSCH BOIS,

Tot Doctor in de Geneeskunde.



„ **I**s 't Menschdom niet genoeg geplaagd,
„ Door zoo veel rampen, daar de Dood ons meë belaagt,
„ Van kwaalen, oorlog, pest, die hem ten stoet verzellen?
„ Verzint hy nog al meer om ons geslacht te kwellen!
„ En geeft men vry gelei aan deeze en geene kwant
„ Naar ieder slaapvertrek en veilig ledikant,
„ Om ons daar naar de kunst eens *Doctor* te doen sterven,
„ Of op zyn best een krank en sleepend leeven te erven”?
Zoo draave een spotziek brein op 't onbezonnen spoor
Van HOLBERG of MOLIERE in zyne schemplust door!
GALENUS zal zich nooit aan zulke zieken stooren.
Gewis, 't is *basterdraazery*,
(Waar voor de Hemel ons bevry!)
Veel erger dan de koorts, die ons uw pleit doet hooren.
Neen braave BOIS! uw nutte kunst
Verdient met recht der braafften gunst,

Ter.

Terwylze 't Menschdom schraagt en ondersteunt in 't lyden:
Geluk dan met het Leeraarschap
Dier eedle kunst! daar 't handgeklap
Der broederschap U toont hun deel in uw verblyden.
Leef lang tot eer der Maatschappy!
Dat haar uw kunst tot heil gedy!
Daar Gy de zieken heelt, gezonden weet te streelen
Door Poëzy, die 't harte laaft,
Op dat de spreuk ook word' gestaafd,
Die onze vriendschap boeit, en zoo veel zoets doet teelen,
Ten blyk van uwe dubbele vlyt,
Ik meen: **VOLMAAKTER DOOR DEN TYD.**

J. V. M. Az.

D

A A N

A A N D E N

W E L E D E L E N H E E R

P A U L U S B O S C H B O I S ,

*Ter Gelegenheid van Deszelfs Inbuldiging tot
Geneesheer.*



ô **N**ooit volpreezene Artzeny!
Hoe heilzaam gy voor 't Menschdom zy,
Kan ieder Sterveling, hoe onverlicht, nooit wraaken,
Vooral, wanneer een hooger macht
Zyn zegen voegt by uwe kracht;
Vergeefs tracht dan de Dood den levensband te slaaken.

* * *

Treurt Damon om zyn Fillis wee,
Daar ze op haar veege legerstee
Door koortsen aangetast gefolterd word door kwaalen,
Den Arts kiest zich het heilsaamst kruid,
De veege krankheid word gestuit,
't Herstel van Fillis stelt aan Damons vreugd geen paalen.

„ Myn

„ Myn Ega! zal de wreede Dood
„ U uit myn teedre liefde schoot,
„ U, die my 't waardigst is, voor eenwig van my scheuren!”
Zoo, dunkt my, spreekt het Vrouwe hart
By 't ziekbed van haar Gaë, wiens smart
Haar boezem overstelpt, haar teder kroost doet treuren.

* * *

Doch bied haar de Artzeny de hand,
En werktze in 'slyders ingewand,
De steun van 't Huisgezin voelt ras zyn ziekte mindren
Hy troost zyn Vrouw „ myn kracht groeit aan,
„ Haast zal het ziekbed my ontfiaan,
„ God spaart my tot uw troost, tot heil van onze kindren.”

* * *

Hoe pryst het dankbaar Huisgezin
Den Arts, en roemt zyn menschenmin,
„ Ja! dit geschenk zal hem tot een gedachtnis weezen,
„ Hy heeft naast God u van den dood
„ Gered, en my uit bangen nood;
„ Zyn kunst en trouwe hulp zy nooit genoeg gepreezen.”

* * *

Geen wonder, Vriend! dat Gy die Kunst
Al vroeg smeekte om haar dierbre gunst:
Uw yver koos dees dag Haar plechtig trouw te zweeren,
Daar stapt Gy reeds heur Tempel in!
Ze ontfangt U by heur hofgezin,
En zal U met den naam van Doctor thans vereeren.

Geluk, myn Vriend! driewerf geluk!
Nooit treffe U eenig leed of druk!
De voorspoed en de vreeë verzellen staag uw schreeden,
Eerlang zie ik uw vreugd vergroot,
Wanneer Gy met uw Mingenoot'
Al juichend hand aan hand naar 't Echtaltaar zult treden.

* * *

Dan daar dus de Eer U vreugde bied,
Vergeet, vergeet de Dichtkunst niet,
Uw zangster bied haar hulde, en mag heur invloed smaaken;
Zy zal, dit wensch ik, als voorheen
Ons Dichtchoor schraagen, en met een
Ons pogen meer en meer doen **DOOR DEN TYD VOLMAAKEN.**

P. G.

AAN

AAN MYNE ZANGNYMPH

by gelegenheid dat

DE WEL EDELE HEER

PAULUS BOSCH BOIS,

Tot Doctor in de Geneeskunde wierd bevorderd.

~~~~~

**J**uich myn Zangnymph! BOIS uw kunstvriend  
krygt den loon der lettervlyt;  
Word met lof in 't Stichts Atheenen  
tot Geneesheer ingewyd;  
Dat 's recht loflyk tyd besteeden;  
gaa myn Zangeresse, en streel,  
Streel dien Braaven, zeg hoe hartlyk  
ik in zyne vreugde deel,  
Hoe 'k verheugd zyn roem zie ryzen,  
in een groot sch vooruitgezicht,  
Dat Hy haast in veeler harten  
zich een dankbaare eerzuil slicht;  
Wen door keur van Artzenyen  
Hy de onstuime koorts verjaagd,  
't Droef gekwyn der rampen leenigd,  
als er vreugd by 't ziekbed daagd,  
Wen de onnoosle kindren schreyend  
roepen: Moeder! deeze Heer  
Gaf met God onf' lieven Vader  
zyn verlooren krachten weêr;  
Maar myn lieve Zangeresse!  
zeg, hoe Hy zyn kunst verstaat,  
Dat ik niet, dan zeer ongaarne,  
my zou dienen van zyn raad,

'k Min nog Doctor, nog Apteeker;  
'k ben te noð door ramp gekweld,  
Ziek zyn is my te ongemaklyk,  
leegde de beurs van 't kostlyk geld,  
Schoon by Dichters schaars te vinden;  
goede boeken, goede wyn  
Is hun schat, dit weet gy Zangster!  
zoo vervliegd hun zorg en pyn;  
Zeg dien Arts uit liefde en achting,  
dat Hy 't Kunstchoor niet vergeet,  
Dat ik om de veertien dagen  
graag met Hem een uurtjen sleet:  
Welk een vreugd! wen Kunst en Vriendschap  
vrolyk zitten zy aan zy;  
Zulk een zachte zamenleving  
strekt tot nut der Maatschappy.  
Groet, myn Zangster! ook het Meisje,  
dat Hy met zyn hart bemind,  
Zy, zy blyven voor elkander  
altoos evenwel gezind.  
Leeft Goeliën gezond, gezegend,  
kundige Artz ontzie geen vlyt,  
Word, dit mag ik bly verwachten,  
word VOLMAAKTER DOOR DEN TYD.

J. D. V.

AAN

A A N D E N

W E L E D E L E N H E E R E

P A U L U S B O S C H B O I S ,

*Op zyne Bewordering tot der Medicynen Doctor.*



**Z**oo plukt Gy, Vriend! de vrugt van uwe Lettervlyt:

Zoo, zoo de bloemen van een welbesteeden Tyd.

Dies Gy tot ARTZ in 't Choor der Artzen zyt gesteden,

Volbreng uw eedle kunst met Lust, en Lof, en Zegen.

J. D. W.

TER

TER INWYDING

VAN DEN

WEL EDELEN HEERE  
PAULUS BOSCH BOIS,

*Tot Doctor in de Medicynen.*



**H**oewel myn zwakke pen nog nimmer was verſneeden  
Om aan myn Boezemvriend te ſchryven in gedicht,  
De tyd vereiſcht het nu, thans dwingen my de reeden,  
ô Liefvelyke dwang! ô aangenaame plicht!  
ô Heugelyke dag! gy doet myn zangluſt groeyen,  
Alle arbeid is gering, als luſt en yver bloeyen.

\* \* \*

Hoe vrolyk juicht uw Huis, daar het U ziet verheeven,  
't Is, of uwe Ouders nu verjongen by dees vreugd,  
Een ieders hart voorzegt U een gelakkig leeven.  
Terwyl de blydſchap ſpeeld in de oogen van de jeugd,  
'k Zie Phoebus uwe kruin met palm en lauwren tooien,  
En roozen langs de grond met volle handen ſtrooien.

Vaar.

Vaar voort dan, braave Vriend! met schatten op te gaëren,  
Niet die deroest verderft, of van vergangklyk goud;  
Gy kent den loop des bloeds door 't hart en door al de aëren,  
Wyl Gy als Arts uw kunst daar enkel aan vertrouwd,  
Zoo moet U dan ook niets in uwe kunst mislukken,  
Zoo meet dus met Gods hulp de ziekte voor U bukken.

\* \* \*

't Geluk bestiere altoos uw eerlyken handel,  
Uw yver schenke U heil, de vrede blyve U by,  
Wees iedereen tot nut door onbesproken wandel,  
Zoo blyft de blanke deugd gestadig aan uw zy,  
Zoo blyft uw Luk gevest, tot dat Gy na dit leeven  
Het aardfch vernoegd verlaat om Hemelwaarts te streeven.

H. H. V. R.

E

OP

OP DE BEVORDERING  
van mynen zeer waarden vriend  
DEN WEL EDELEN HEERE  
PAULUS BOSCH BOIS,

Tot Doctor in de Medicynen.



*Disce aliquid, nam quum subito fortuna recessit,  
Ars remanet, vitamque hominis non deserit unquam.*

D. Caton. Dist. Lib. IV. Dist. 19.

**M**yn allerwaardste Vriend! die in uw vroege tyd  
Reeds schoone proeven geeft van uwe noeste vlyt,  
Gy doet iets prysselyks, de U toebetrouwde gaaven  
Zoo heilzaam te besteên, zoo vroeg op 't spoor te draaven  
Van Chirons Letterbaan, waarop zoo meenig held  
U voorging; Gy ziet reeds aan 't eind de prys gesteld,  
Die prys aan 't eind gesteld zult Gy dan thans erlangen,  
Gy zult het loon voor vlyt en kundigheid ontvangen,  
Geluk! driewerf geluk, myn allerwaardste Vriend!  
Ik zong zeer gaarne uw lof, gelyk Gy hebt verdiend,  
Maar...men zal ook, zyn nu uw's arbeids eerstelingen  
Reeds zangenaam, uw naam nog meer ter eere zingen

En

En roemen overal, als Ge in vervolg van tyd  
Uw lyderen geneest, in spyt van bitze nyd,  
Want nimmer zal uw werk zoo zeer volkomen wêezen;  
Dat 't geen partyfchap of verachting heeft te vreezen,  
Doch dit is 'smenschen lot, niets is er zoo volmaakt,  
Dat niet in eenig deel word hier of daar gelaakt;  
Geduld, myn Vriend! Gy weet, men ziet het vaak gebeuren;  
De spin gaart fel venyn, daar byën honich peuren,  
Gaa slechts maar moedig voord in 't oefnen uwer kunst,  
't Geen Ge er toe nodig hebt, fchenke U des Hemels gunst;  
Zoo zult Gy ook met vreugd uw arbeid zien beloonen,  
Wanneer eene Eerekrans uw waardig hoofd zal kroonen.

*J. E. DRANSFELDT,*

*Litt. Hum. Stud.*



Wanneer die Kerkmanne van wraege pocht sal bronnen  
Zoo zal Gy ook niet vreugd en mede zien blyscap  
Gaan de er toe pocht dat de Kerkmanne kint  
Hoe hoort men moede vord in oorden over kint  
Gedult, myn vriend! Gy weet dat alle Kerkmanne  
Die niet in edig deel wort hier of dan kint  
Hoe die is aemden lof, die is er ook volmaakt  
Die twee partyden of verachting deel te verlaten  
Want minner zal ik want ook zie tot omme wesen  
De lyden genoege, in toy van dieze tyd  
En toemen overal, die Ge in verdelde van tyd

3. A. D. 1668  
Een Nieuw Gedicht

M  
Wanneer die Kerkmanne van wraege pocht sal bronnen  
Zoo zal Gy ook niet vreugd en mede zien blyscap  
Gaan de er toe pocht dat de Kerkmanne kint  
Hoe hoort men moede vord in oorden over kint  
Gedult, myn vriend! Gy weet dat alle Kerkmanne  
Die niet in edig deel wort hier of dan kint  
Hoe die is aemden lof, die is er ook volmaakt  
Die twee partyden of verachting deel te verlaten  
Want minner zal ik want ook zie tot omme wesen  
De lyden genoege, in toy van dieze tyd  
En toemen overal, die Ge in verdelde van tyd